

Falco.

Bartholomei apostoli. . . His et aliis ita decursis, cernentes Beneventani se variis praedarum doloribus affligi, consilio habito Landulphum archiepiscopum et Ioannem iudicem ad praefatum apostolicum delegaverunt, quatenus cives illos tanta oppressos calamitate ad portum salutis erigere dignaretur. S. 162 (83).

Anno MCXXXV. dom. incarn. et VI. anno pontificatus domini Innocentii, mense Martio indict. XII. Hoc anno princeps ipse¹ VII. die stante mensis Aprilis cum viginti navigiis Neapolim venit et comprehendit Aversam et Cucculum, quibus comprehensis Neapolim revertitur et ibi immoratus est cum Pisanis. Eodem anno comes Rainulphus venit Neapolim cum quadringentis militibus et civitates suas et oppida dimisit. His ita peractis rex medio mense Iunio venit Salernum et exercitum congregavit et super Aversam perrexit et eam igni ferroque est depopulatus et bona eorum diripuit. S. 227 (119 f.).

1137. Interea Bernardus abbas de Claravalle, vir mirabilis et discretus, qui ad regem venerat pro tanti disidii infestatione sedanda, inter regem et ducem pacis foedera alligare conatur; sed pro multis variisque negotiis, quae inter eos querebantur, apud dei potentiam nondum complacuit concordia alligari. Quid plura? Rex ipse exercitum suum divisit et ad bellandum stabilivit; similiter et dux ille suos ordinavit. Primum quidem regis acies ordinata aggreditur et inter ducis armatos intravit; illico acies regis prosternitur. Rex autem ipse primum terga vertens in fugam conversus est; sicque universa regis congregatio cursu praecipiti confugit, dimissis omnibus divitiarum suarum apparatus et tentoriis auri argentique magnitudine infinita. Quid multa? Dux ille

Chron. Cisterc.

Benevento. Sed Beneventani, cernentes se variis praedarum doloribus undique affligi, miserunt supplicantes ad eundem apostolicum, quatinus succurrere dignaretur civitati sue periture. S. 16.

MCXXXV. et VI. anno pontificatus domini Innocentii, mense Martii. Princeps ipse VI.² die stante mensis Aprilis cum XX^{ti} navigiis Neapolim venit et comprehendit Aversam et Cucculum et revertitur Neapolim ibique morans cum Pisanis. Quo scilicet anno Ranulfus comes relinquens terras suas venit Neapolim cum CCC^{tis} militibus. Eodem anno rex Rogerius mense Iunii venit Salernum et congregato exercitu obsedit Aversam et eam igne ferroque depopulatus eorum bona diripuit. S. 20.

Interea Bernardus abbas Clarevallis Cisterciensis ordinis, vir sanctus ac discretus, a domino Innocentio ad regem mictitur pro tanti disidii infestatione sedanda, qui inter regem et ducem pacis federa tractaret; sed variis questionibus imminentibus, pax inter eos perfici nequitur. Itaque rex ordinavit exercitum suum ad conflegendum; et dux ordinavit et ipse milites suos per partes. Et primo quidem regis acies ordinata aggreditur et inter ducis armatos intravit; illicoque regis acies prosternitur. Rex autem ipse primo terga vertens in fugam convertitur; tunc universa regis congregatio precipiti cursu aufugit, dimissis tentoriis cum omnibus apparatus auri et argenti magnitudine innumerabili. Dux itaque cum suis ad propria rediit, receptis his que ab hostibus ceperant

1) Scil. Robert von Capua. 2) Ob 'VI' richtig oder aus 'VII' verlesen, ist füglich nicht mehr zu ermitteln. 'VII. die stante mensis Aprilis' bedeutet übrigens den 24. April, vgl. unten S. 457 f., und nicht, wie Bernhardi, Lothar von Supplinburg S. 624 annimmt, den 7.